Epiſtole breuitate cauſati ſumus. & rem libro non poſſe explicari. Uerum quid prodeſt ΕΡ ΓΩ ΔΙΩΚΤΩΝ (ergodiocton) meum. maior tibi cupiditas ſilentio concitatur; Itaque ne te diutius traham. hab&o pauca de plurimis; quidam diapſalma commutationem metricam eſſe dixerunt. Alii pauſum ſpiritus ſancti. Nonnulli alterius ſenſus exordium. Sunt & qui rithmi aſſerunt diſtinctionem. & quia pſalmi tunc temporis iuncta uoce ad organum canebantur. Cui uſ dictam muſice uocari etatis. Nobis nihil horum uidetur. Cum aquila qui uerborum hebreorum diligentiſſimus explicator eſt. Sela hoc eſt diapſalma. quod per zain ac lamed h & heth ſcribitur. ſemper. tranſtulerit; & inuenimus in pſalmorum quoque fine diapſalma poſitum. ut eſt illud in tertio. dentes peccatorum contriuiſti. Domini eſt ſalus. & ſuper populum tuum benedictio tua. Sela idest ſemper; & in xx iiii.

Quis eſt iſte rex gloriae? dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriae. Diapſalma. hoc eſt ſemper; Et contra in pſalmis multorum. penitus non inueniuntur. ſicut ſcilic& in tricesimo ſexto. & in lxx. vii. & centeſimo xviii; Rurſus nonus pſalmus diſtinguitur cantico diapſalmatis. Cum utique ſiut quibuſdam plac&. diapſalma eſt indicium ſilentii. Cantum ſilentii eſſe non poſſit; Ex quo animaduertimus. hoc uerbum ſuperiora pariter & inferiora nectere. & docere ſempiterna eſſe que dicta ſunt. Ut eſt illud In tertio pſalmo. Multi dicunt animę meę. Non eſt ſalus ipſi in deo eius. ſemper; & rurſum. Voce mea ad dominum clamaui. & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. ſemper. Et in quarto. Ut quid diligitis uanitatem. & queritis mendacium. ſela; Et infra. Que dicitis in cordibus ueſtris. & in cubilibus ueſtris compungimini. ſemper. Et in ambacuc. Deus ab auſtro ueni&. & ſanctus de mon

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 167, p. p.%206 – Walahfridus Strabo, Commentarius in psalmos I-LXXVI (http://www.e-codices.ch/en/csg/0167/p.%206)